

*NvK an das Domkapitel von Brixen. Er beklagt bitterlich die Verfolgungen durch Herzog Sigismund. In einem kurzen historischen Abriss begründet er die Besitzansprüche des Hochstifts Brixen, insbesondere auf das Norital. Dieses müsse zur Wiederherstellung der kirchlichen Freiheit unbedingt in Gänze für die Brixner Kirche zurückgewonnen werden. Er fordert das Kapitel auf, ihn in seinen Bemühungen um die Rückgewinnung der in früheren Jahrhunderten verlorenen Besitzungen zu unterstützen. Man solle konkrete Vorschläge unterbreiten, wie auf dem demnächst anstehenden Tag am besten vorzugehen sei.*

Or. (ant.): BOZEN, StA, Lade 34 Nr. 20 A.<sup>1)</sup>

Kopie (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 13<sup>r</sup>-16<sup>v</sup> (s.o. Nr. 5265

Anm. 1); (17. Jb.): ebd., Lade 34 Nr. 20 ad A; (notariell beglaubigte Abschrift durch Andreas Egarter von 1635):

BOZEN, StA, Lade 51 Nr. 15 B 11 f. 118<sup>r</sup>-119<sup>v</sup>; (18. Jb.): BRIXEN, DA, HA 7313; (18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. C 9 p. 52-55; ebd., Ms. E 17 p. 200-202.

Druck: Schwind/Dopsch, Ausgewählte Urkunden 383-386 Nr. 202; Nicolaus cardinalis 10-13 (mit Faksimile).

Deutsche Übersetzung: Scharpf, Cardinal und Bischof I 263-266; Jäger, Streit I 246-250.

Regest: Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII Nr. 6; Jäger, Regesten I 312 Nr. 153.

Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 448; Jäger, Streit I 246-250; Jäger, Landständische Verfassung II 2, 152; Vansteenberghe, Cardinal 184; Hallauer, Schlacht im Enneberg 6 (ND 2002, 130); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 368; Baum, Geschichte der Vogtei 69; Baum, Sigmund der Münzreiche 180; Hallauer, Bischof und Landesfürst 297 (ND 2002, 24); Hallauer, Rechtshistoriker 122f. (ND 2002, 57); Brandstätter, Tiroler Landesgeschichte 157; Hallauer, Kirchenreformer und Fürstbischof 125, 127; Piaia, Castello di Andraz 32; Watanabe, Companion 348.

Venerabilibus viris preposito, decano et capitulo ecclesie nostre Brixinensis in Christo dilectissimis.

Eternam salutem. Venerabiles domini. Non latet vos, quanta et inaudita iniuria contra me cogitata est, que dietim se ipsam prodit, nundum tamen ad plenum ad lucem pervenit, sed iuxta ewangelium ,nichil opertum, quod non reveletur<sup>2)</sup>. Neque latere debet, quin, si ego pacem meam querere velim, illam utique assequerer cum fructu et non fuisset opus me in hoc loco propter illam tanto tempore perseverasse. Sed cum persecucionem paciar propter iniusticiam, non intendo nisi illi inherere, quoniam ipsa non potest non retribuere, cum sit iusticia.

- 10 Ecclesia nostra ex sua fundacione utique perfeccionem possibilem assecuta fuit, scilicet utrumque principatum: principatum spirituale a principe ecclesie, temporalem a principe mundi sive cesare, ita quod integre diocesis omnem principatum habet de iure. Primus principatus est pontificalis, secundus ducalis, quia in se includit plures comitatus vallium, et ita nominatur in imperialibus litteris. Temporale principatum in  
15 valle Eni et in valle Pustrissa commisit per consensum imperatoris investiendo ducem Meranie et Albertum comitem Tyrolis anno Christi M cc xiiii Conradus episcopus.<sup>3)</sup> Ipsum et successores eius in advacatum sumpsit; sibi beneficia, que in certis decimis et

<sup>1)</sup> Der Brief war in einen Umschlag eingefaltet; darauf von der Hand Georg Golsers: Litera de manu d. cardinalis reverendissimi s. Petri in causa contra d. ducem, et est notabilis. Et in ea dicitur, quod comites nullum interesse habent in eleccione. Alia similis littera.

<sup>2)</sup> Lk. 12,2.

<sup>3)</sup> Konrad von Rodank, B. von Brixen, überträgt Albrecht III., Gf. von Tirol, die Vogtei über das Bistum Brixen (1214); s.o. Nr. 5373 Anm. 1. HZ. Otto VII. von Meranien wurde erst 1232 durch B. Heinrich IV. von Brixen und auf Bitten Kaiser Friedrichs II. mit den Gf. in im Pustertal und im unteren Inntal belebt; s.o. Nr. 5373 Anm. 2.

aliis bonis ecclesie consistebant, pro futuro deputando hoc pacto, quod ecclesiam tueretur et se nec de eleccione episcopi aut de ecclesiis intromitteret nec gravamen induceret. Demum Egno episcopus admisit comitem ad successionem feudi ducis <sup>20</sup> Ottonis et ducem ad successionem feudi advocacie.<sup>4)</sup> Et mortuus est dux Otto.<sup>5)</sup> Ita comites Tyrolis successerunt Ottoni in feudo vallis Eni superioris et comitatus vallis Eni inferioris et comitatus vallis Pustrisse, prout de hoc littere sunt.<sup>6)</sup>

Intelligo comitatum esse iudicium provinciale, vallem vero Noricam<sup>7)</sup> et iudicia foranea, scilicet locorum, que foreste nomen habent, quoniam sunt foris comitatum, <sup>25</sup> eciam in valle Pustrissa, ecclesia retinuit; et omnem iurisdictionem temporalium sic aut per vasallos, scilicet comitem Tyrolis aut ministeriales, exercuit. Principatum tamen sibi reservavit, de quo episcopi investiebantur per reges Romanorum. Deinde venientibus ad successionem Alberti comitis Tyrolis primi advocati, filii sororis (!) sue, que habuit in virum Meynhardum comitem Goricie, Meynhardo et Alberto<sup>8)</sup>, Meynhardo ad <sup>30</sup> ducatum Karinthie promoto, ecclesia tempore Lanfridi episcopi, successoris Brunonis, oppressa est<sup>9)</sup>, et plus per filios eiusdem tres numero<sup>10)</sup>, quorum iunior, Henricus nomine, factus est rex Bohemie et Polonie; cuius filiam, Margaretam<sup>11)</sup> nomine, Ludowicus marchio Brandenburgensis<sup>12)</sup>, filius imperatoris Ludowici, recipiens, cum ipsa comitatum Tyrolensem assecutus est. Et ille vir potens manum extendit in vallem <sup>35</sup> Noricam et Rodanckum, Engelmaro de Vilanders proximiore herede Arnoldi de Rodancko expulso, castrum occupavit et impignoravit hiis, que hodie occupant.<sup>13)</sup> Et

---

<sup>19</sup> ecclesiis: folgt gestr. se. <sup>30</sup> Meynhardo<sup>2)</sup>: korrig. aus Meynhardus. <sup>36</sup> Engelmaro: folgt gestr. herede.

<sup>4)</sup> Friedenschluss zwischen Bf. Egno von Brixen und Gf. Albrecht III. von Tirol (1241 März 21). S.a. Nr. 5373 Anm. 9.

<sup>5)</sup> Hrz. Otto VIII. von Meranien starb 1248; s. L. Holzfurtner, Otto III., in: NDB 19 (1999) 683f.

<sup>6)</sup> Gf. Albrecht III. von Tirol schloss Erbverträge mit den Ehemännern seiner beiden Töchter Elisabeth und Adelheid, nämlich Hrz. Otto VIII. von Meranien († 1248) und Gf. Meinhard III. von Görz (= Gf. Meinhard I. von Tirol; † 1258). So gelangten 1248 die Brixner Leben an die Grafschaft Tirol. Vgl. Riedmann, Geschichte des Landes Tirol I 337-339.

<sup>7)</sup> NvK meint hier v.a. Eisacktal, speziell die eingeforderten Gerichte Rodeneck, Feldthurns und Gufidaun.

<sup>8)</sup> Nach dem Tod Gf. Albrechts III. von Tirol (1253) fielen die hier interessierenden Brixner Leben an den Ehemann seiner Tochter Adelheid, nämlich Gf. Meinhard III. von Görz (= Meinhard I. von Tirol). Nach dessen Tod (1258) folgten seine Söhne Gf. Meinhard II. von Tirol († 1295; = Gf. Meinhard IV. von Görz) und Gf. Albrecht II. von Görz († 1304; = Gf. Albrecht IV. von Tirol).

<sup>9)</sup> Zu den Klagen der Brixner Bischöfe über die Übergriffe Gf. Meinhards II. von Tirol s. Wiesflecker, Meinhard der Zweite 91-97, 131-147. Vgl. auch Nr. 5373 Anm. 22.

<sup>10)</sup> Ludwig († 1305), Otto III. († 1310) und Heinrich von Kärnten († 1335), Kg. von Böhmen und Polen, Hrz. von Kärnten und Krain, Gf. von Tirol und Görz. Zu ihrer zunächst gemeinsamen Regentschaft in Kärnten und Tirol s. Riedmann, Geschichte des Landes Tirol I 410-417.

<sup>11)</sup> Margaretha Maultasch († 1369), Gf. in von Tirol und Görz.

<sup>12)</sup> Ludwig der Brandenburger († 1361), Sohn Kaiser Ludwigs des Bayern († 1347), Mgf. von Brandenburg, seit 1342 verheiratet mit Margaretha Maultasch. Vgl. A. Schütz in: NDB 15 (1987) 382-385.

<sup>13)</sup> Engelmar von Villanders, der Burg und Gericht Rodeneck besessen hatte, wurde 1348 als Hochverräter hingerichtet. Seine Besitzungen wurden eingezogen. 1354 verpfändete Ludwig der Brandenburger Burg und Gericht Rodeneck zunächst an Hrz. Konrad von Teck und dann an Hrz. Albrecht II. von Österreich. Dessen Sohn Albrecht III. von Österreich († 1395) ließ Rodeneck 1363-1366 durch Hans von Gufidaun als Hauptmann verwalten und verpfändete es dann an Berthold von Gufidaun (1363-1372 Landeshauptmann an der Etsch). In dessen Familie blieben Burg und Gericht Rodeneck bis zum Tod des Kaspar von Gufidaun (1458). Vgl. Stolz, Landesbeschreibung Südtirol II 432f; H.H. Flamin

ita fecit de Somersperg.<sup>14)</sup> Eo mortuo, Margaretam relictam accepit Rodulfus dux Austrie cum comitatu.<sup>15)</sup> Et sic ducibus Austrie venientibus cum multis bonis promissis de conservando ecclesiam, ipsi augendo oppressionem putarunt se esse advocatos fundatores, qui dicuntur „causten vogth”, et sic se nominant in certis litteris. Et ad Wlturnes et alia multa manum extenderunt<sup>16)</sup>, et demum ad personas pontificum, quos in servitutem redigerunt. Et ita continuando eciam ad hoc deventum est, quod predicta feuda non recognoverunt nisi in genere. Sed iste d. dux Sigismundus nec in genere nec in specie<sup>17)</sup>, et putat, quod episcopus et canonici de sua gracia vivant, et pro gracia habere debeant, si eos pro servitoribus et cappellanis habere dignaretur. Et ad hanc vilem iacturam ecclesia provenit, quia plures pontifices post capturam senioris d. Ulrici<sup>18)</sup> videntes se minos tutos eos duces graciosos dominos et se eorum nominabant capellanos et eis fidelitatem iurarunt, quam comites Tyrolis episcopis iurare consweverant.

Me autem ab apostolica sede misso ad hanc ecclesiam contra ducis voluntatem<sup>19)</sup> et pluries temptato, ut similiter iurarem fidelitatem et constanter recusante atque, quod ego in regimine spiritualium liber esse volui et suis desideriis contra iusticiam complacere nec potui nec volui, cogitavit, quod, si me permitteret in libertate exercendi ea, que incepi, et perficiendi, ecclesiam posse ad suam pristinam libertatem sic successive respirare. Demum conclusit me velle tollere de medio, eciam cum indicibili ignominia honoris sui. Sed quia nondum dignus fui pro libertate ecclesie pati martirium, dei ordinacione, qui michi dedit sanctum Raphaelem<sup>20)</sup>, ut spero, ductorem, sanus et imperterritus in sancto proposito persevero.

Quoniam autem intencio mea est operam dare michi possibilem recuperare ecclesiasticam libertatem in spiritualibus, et pro illa necesse est, ut vallis Norica cum ministerialibus, prout fuit ante tempora illa, de quibus supra, ex integro subsit ecclesie, et nunc personaliter ad conferendum de modo vos accedere non possum, rogo, ymmo attentissime vos requiro per fidelitatem, qua ecclesie et michi estis astricti, ut michi omnium auxilio et consilio assistatis et imperterritu animo. Quoniam, si toto corde pretulerimus

---

*Ludwigs des Fünften des Brandenburgers Regierung in Tirol 1342-1361, Innsbruck 1906, 5ff.; A. Rastner/E. Delmonego, Heimatbuch Rodeneck. Geschichte und Gegenwart, Rodeneck 1986, 43-45.*

<sup>14)</sup> *Burg und Gericht Gufidaun (Summersberg) befanden sich ebenfalls im Besitz des 1348 bingerichteten Engelmar von Villanders. Ludwig der Brandenburger verpfändete Gufidaun gemeinsam mit dem Gericht Villanders 1356 an Berthold von Gufidaun. Nach dem Tod des Baltasar von Gufidaun ging dieser Pfandschaftskomplex an dessen Schwiegersohn Anton von Thun über, in dessen Familie sich Gufidaun noch bis zum Jahre 1551 befand. Vgl. Stolz, Landesbeschreibung Südtirol 313, 375; Zingerle-Summersberg, Summersberg 75.*

<sup>15)</sup> *Nach dem Tod ihres Mannes Ludwigs des Brandenburgers (1361) und ihres Sohnes Meinhards III., Gf. von Tirol und Görz (1363), übertrug Margaretha Maultasch die Regierungsgewalt an Rudolf IV. von Habsburg, Hz. von Österreich († 1365). Vgl. Riedmann, Geschichte des Landes Tirol I 426-428 (mit Faksimile).*

<sup>16)</sup> *Zum Übergang des Gerichts Feldthurns an die Grafen von Tirol vgl. Stolz, Landesbeschreibung II 402.*

<sup>17)</sup> *In der Kopie in BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 15<sup>r</sup> notiert eine gleichzeitige Hand zu dieser Stelle am Rand: Nota, quia falsum.*

<sup>18)</sup> *Ulrich Prustl, B. von Brixen (1396-1417). Er wurde von Hz. Friedrich IV. von Österreich festgenommen und gegen ein Treueversprechen freigelassen. Vgl. J. Gelmi, in: Gatz, Bischöfe I 123.*

<sup>19)</sup> *S.o. Nr. 872-881.*

<sup>20)</sup> *Der Erzengel Raphael als Patron von Burg Buchenstein; s.o. Nr. 5307 Anm. 20.*

nobis iusticiam ecclesie nostre, certissimi esse debemus, deus ultra, quam sperari potest, largiter succurret. Confidamus igitur in domino, fratres, quoniam nemo unquam in eo confidit et confusus est. Cui non est difficile id, quod humanitus videtur impossibile. Facit autem rem hanc utique humanitus difficilem, disposicio casus faciliorem; nam nullo tempore ante nos tanta concurrerunt, que nobis adiutorio esse 70 possent sicud modo; devenit enim malicia usque ad profundum malorum, et completa malicia revolucio<sup>21)</sup> expectatur. Michi enim, et si semper licuit pro iusticia ecclesie mee certare, nunc maxime per indicibilem iniuriam provocatus, et merito omnis iusticiam diligens favebit, et apostolica sedes tuebitur, et seculares propter honestatem non poterunt adversari.

75

Cogitate igitur de mediis ad de modo, que sit in dieta futura servandus; et si amicabili via predicta assequi nequierimus et me cedere oporteat, quid tunc tam per me quam vos et alias ecclesiasticos fugato pastore agendum<sup>22)</sup>, et an ad dietam vos velitis omnes aut aliqui venire, et si qui ex civibus adesse debeant. De hiis omnibus ante tempus diete in scriptis michi peto responderi. Ex castro sancti Raphaelis die sancti Stephani 80 1458.

N. cardinalis sancti Petri, episcopus Brixinensis manu propria.

---

77 quam: ü.d.Z.

<sup>21)</sup> Früher Nachweis für die politische Bedeutung des aus dem astronomischen Vokabular entlehnten Wortes revolutio; vgl. J. Fisch, *Art. Revolution. III. Mittelalter*, in: O. Brunner u.a. (Hg.), *Geschichtliche Grundbegriffe*, Bd. 5, Stuttgart 1984, 670-685, hier 670f. In der astronomischen Bedeutung verwendet es NvK mehrfach in *De correctione kalendarii*, Basel 1565, 115ff.

<sup>22)</sup> NvK beklagte sich am 21. Januar 1458, dass das Kapitel ihm in diesem Punkt eine Antwort schuldig geblieben sei; s.u. Nr. 5451 Z. 27f. Erst ab Anfang Februar 1458 formulierte NvK die seiner Ansicht nach vom kanonischen Recht vorgegebene Konsequenz: das Interdikt. S.u. Nr. 5480 Z. 71 mit Anm. 23.